

convellatur. Omnes verò abstineant à lecti-  
 one & recitatione Apostolicorū Scriptorum  
 novi fœderis à Martino Luthero germani-  
 cè redditorum editorumq; quod hi libri nu-  
 per per ipsum Principem publico interdicto  
 è provincia omni exterminati fuerint: ac si  
 horum aliquid aut his simile penes se quis  
 habeat, ut id continuo ab oculis & auribus  
 hominum removeatur, deponatur & penitus  
 abjicitur. Omnes denique autorum recen-  
 tium execrabiles chartas abominentur, &  
 fugiant, nec ullos disciplinæ duces sequan-  
 tur alios, quàm illos quatuor ab omnibus  
 dudum in Ecclesia Romana approbatos  
 doctrinæ cœlestis arbitros & coryphæos, &  
 si qui alii à majoribus Gymnasio quasi per  
 manus vel jam antea traditi sint, vel postea  
 Ecclesiæ Romanæ iudicio recepti fuerint.  
 Idque ut omnino ita fiat, sequæ omnes cum  
 ad nutum & voluntatem Principis, tam verò  
 ad Ecclesiæ orthodoxæ rationem fide atque  
 obædientia adjungant, universos monitos  
 esse debere: imprimis autem ipsum Recto-  
 rem, tanquam omnium reliquorum præsi-  
 dem, quibus denique universis & singulis  
 per sanctissimum debitæ obædientiæ no-  
 men severè ipsemet Antistes præcipiat, ut  
 pro